

Crisperii compositionem super redditibus quibusdam, M(auricio) episcopo Parisiensi et Hugone abbate S. Germani de Pratis mediantibus, factam approbat. (XII. Kal. Maii.) — 'Iustis petentium desideriis'.

L. 230, n. . . .

Alexander III, 1165, Apr. 21. Stampis.

M(auricio) episcopo Parisiensi mandat, moneat canonicos suos, ut in eligendo decano tandem conveniant. (XI. Kal. Maii.) — 'Ex relatione tua'.

L. 230, n. 28^d.

„ 1168, Iun. 5. Beneventi.

Sententiam inter Hugonem abbatem fratresque S. Germani de Pratis Parisienses et Symonem de Aneto latam a Ludovico Francorum rege confirmat. (Non. Iun., Ind 1, Inc. a. 1168, p. a. 9.) — 'Iustis petentium desideriis'.

L. 231, n. 32.

„ 1168—70, Ian. 28. Beneventi.

M(arsiliae) abbatissae sororibus S. Mariae Suessionensis interdicat, ne prebendas ecclesiae S. Petri clericis haud assidue ibidem servientibus concedant. (V. Kal. Febr.) — 'Cum ex iniuncto'.

L. 231, n. 33.

„ 1168—70, Febr. 11. Beneventi.

Archiepiscopis et episcopis, in quorum parochiis ecclesiae Parisiensis possessiones consistunt, mandat, ut de invasoribus earum infra 30 dies post factam requisitionem iustitiam faciant. (III. Id. Febr.) — 'Quanto iam dicta'.

L. 231, n. 38.

„ 1173—74, Iul. 28. Anagniae.

Hugoni abbati et fratribus S. Genovefae Parisiensis significat, 'contineri in scripto quodam, quod b. m. Hen(ricus), quondam Francorum rex fecisse dinoscatur, quod Teudo de Firmitate, quae appelletur Urcha, coram eodem rege, pravas consuetudines, quas Marisiaci habuisset, ecclesiae eorum remiserit'. Quam remissionem confirmat. (V. Kal. Aug.) — 'Continetur in scripto'.

L. 231, n. 59.

„ 1175, Apr. 12. Ferentini.

Hospitalis Hierosolymitani possessiones ex donatione Samsonis, quondam archiepiscopi Remensis, aliorumque episcoporum et L(udovici) regis Francorum acquisitas confirmat. (II. Id. Apr.) — 'Cum sitis arctius'.

L. 231, n. 45.

„ 1160—76, Mai 6. Anagniae.

In abbatis S. Victoris Parisiensis electionem aliquem sese intromittere vetat, statuitque, ut electus per priorem et suppriorem monasterii benedicatur. (II. Non. Maii.) — 'Paci et quieti'.

L. 231, n. 5.